



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

sed implet potius ut et foris
dum non occidimus et in cor-
de dum non irascimur inno-
centiam custodiamus. Tu autem
Frater: Quicumque Cap.
baptisati sumus in christo se-
su in morte ipsius baptisati su-
mus. Deo gratias. **Collecta**

Deus virtutum cuius est ro-
tum quod est optimum insere
peccatoribus nostris amorem tui
nominis: et presta in nobis re-
ligionis augmentum: ut qui sunt
bona nutrita et pietatis studio
que sunt nutrita custodias Per

De evangelio an. Audistis quod
dictum est antiquis: non occi-
des. qui autem occiderit reus erit
iudicio an. Si offers munus
tuum ante altare et recordatus
fueris quia frater tuus habet
aliquid aduersum te: relinque
ibi munus tuum ante altare: et va-
deus reconciliari fratri tuo.
et tunc veniens offeres munus
tuum altari. **Oratio septima.**

In illo tempore: **Secundum mar.**
Cum turba multa esset
cum iesu. nec haberet quod man-
ducarent conuocatis discipu-
lis ait illis **Discedo super tur-**
bam. Et reliqua. **Oratio heb.**

Quod in hac lectione considera-
da est in vno eodemque redemp-
tore nostro distincta operatio
diuinitatis et humanitatis:
atque error euehietis qui vna
sanctum in christo operationem

dogmatizare presumit peul a
christianis finibus expellendus.

Tu autem domine. **Lectio. viii.**

Quis ergo non videat hoc quod
super turbam miseretur dominus:
ne vel in edie vel vite longioris
labore deficiat affectum esse et con-
passionem habere humane fra-
gilitatis. quod vero de septem pani-
bus et pisciculis paucis quat-
tuor hominum milia saturauit
diuine opus esse virtutis. Tu

Mystice autem hoc **Lectio. ix.**
miraculo designatur quod via se-
culi presentis aliter incolumes
transire nequimus nisi nos gra-
tia redemptoris nostri alimeto
sui sibi reficiat. Hoc vero typi-
ce inter hanc refectionem et il-
lam quinque panum ac duorum
piscium distat quod ibi littera vere-
ris instrumenti spirituali gra-
tia plena esse signata est. hanc autem
nouam veritatem et gratiam testa-
menti fidelibus ministranda de-
monstrata est. Tu autem. **Cap.**

Frater: Humanum dico propter
infirmitatem carnis vestre. Si-
cut enim exhibuistis membra ves-
tra seruire immundicie et ini-
quitati ad iniquitatem ita nunc
exhibere membra vestra serui-
re iusticie ad sanctificationem.
Deo gratias. **Collecta.**

Deus cuius prouidentia in
sua dispositione non fallitur: te
supplices exoramus ut noxia
cuncta submoueas et omnia nobis

hb iij